Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Expositio Oriehis.

Credo. in dm̄. patrē. omptm̄.

Bene incipit a credulitate confessio. quia sic & beatus paulus expssit. Corde inquit credit ad iusticiā. ore aut̄ confessio fit ad salutem. Crede g̊ in dm̄ patrem omnipotentē. dm̄ ingenitū qui ortus a nullo est. a nullo concepit. dm̄ inuisibilem quem nullus oculus carnalis uidere potest. dm̄ incōprehensibilem qui omnia cōprehendit. dm̄ inmutabilem qui non mutatur temporibus nec senescit ętate sed semper idem est qui non in tempore cepit uiuere. sed semp uiuens. nullum patit̄ successorem. dm̄ bonum & iustū cęli & terre creatorem. Crede hunc confitere dm̄. sed eundem confitere & patrem. Patrem filii ēē necesse est. Nemo enim pater est sine filio. Pater g̊ sup filium ē habens utiq; filium cuius sit pater. Et hęc est pia confessio in dm̄. ut eum non solum dm̄ scias sicut iudei. sed cognoscas & patrem. patrem uiuentis uerbi uirtutis ac scientię pprię qui ante omnia secula. ante omnium principiū. ante omne omnino tempus ex se genuit filium. sp̄s sp̄m. ds dm̄. in quo sunt condita uniuersa. quę in cęlis & quę in terra. uisibilia & inuisibilia. sicut doc & paulus. & consignat iohannes. Omnia inquit p ipsū facta sunt. & sine illo factum est nichil. Credens g̊ in dm̄ patrem. statim te confiteberis credere & in filium eius ihm̄ xp̄m. Hic est filius di ihc xp̄c. Ihc quidem ex hebreorū lingua interpretatus. saluator intelligitur. Xp̄c v̊ regię dignitatis appellatio ē ueluti saluator & rex unus atq; idem xp̄c ihc. hic ppter nr̄am salutem descendit de cęlis a patre. & simile nobis corp⁹ accepit.